

Eine Mailänder Synodalrede des Abtes Ubert (von St. Simplician?) aus dem 12. Jahrhundert.

Von D. Germain Morin O. S. B., Mailand (Bibl. Ambrosiana).

Der Codex Ambrosian. I. 145 inf. (früher A. 283) besteht aus 108 Blättern, Größe 0,295×0,195 m, beschriebener Raum 0,223×0,130 m, Schrift in langen Zeilen, 29 Zeilen auf der Seite, karolingische Minuskel von verschiedenen Händen aus dem 12. Jahrhundert. Eine leichte Schweinslederdecke ersetzt heute den ursprünglichen Einband und mit diesem sind auch möglicherweise Anzeichen der Provenienz verlorengegangen. Die Blätter sind in neuerer Zeit mit Bleistift numeriert und, wie fast immer, fehlerhaft: ein Blatt nach 37v ist ausgelassen. Die Lagen sind 14 an der Zahl, davon 13 Quaternionen und eine Binion (3. Lage). Ihre Signatur ist sehr eigentümlich. Die drei ersten haben gar keine, die 4. ist signiert mit a, die 5. mit b, die 6. mit .I.; die Signatur des nächsten Blatts ist offenbar vom Buchbinder abgeschnitten, das 8. trägt die Bezeichnung .III., die folgenden IIII. V. VI. VII.; bei den letzten zwei fehlt die Bezeichnung. Die Rückseite des letzten Blatts endigt mitten im Satz, dem Band fehlt also der Schluß. Und nun eine summarische Inhaltsangabe:

fol. 1r: „† Tractatus. Sancti Ambrosii de psalmo .LXI. in quo infidelitate (!) Maximi tyranni grauiter redarguit. qui ausus est dominum suum Gratianum imperatorem fraude et dolo perimere... Omnium nostrum indubia consuetudo est...“ (Migne P. L. 14, 1166—1180. CSEL 64, 378—397.) — fol. 10v: „... et acerbitate meritum. Finit tractatus Beati Ambrosii in psalmum .LXI. Haec minuta laboris sui mittit in gazophilatium sancti Ambrosii deuotio Pauli et Gebehardi. obsecrans gratissimam karitatem tuam, fidelissime custos Martine. ut eorum in orationibus memoriam digneris frequentare. et fratres uice ipsorum salutare.“

fol. 10v: „Sermo domni Vberti venerabilis abbatis. Non est bonum notam presumptionis incurrere, sed peius est piis

amici precibus . . .“ — fol. 18r: „et cantetur per omnes plateas. alleluia . alleluia . alleluia?“

Auf diese Rede folgen in langer Reihe Auszüge über Dinge der kirchlichen Disziplin; größtenteils handeln sie von den Reformen, die die angesehensten Männer unter den Regularkanonikern des 12. Jahrhunderts durchzusetzen sich bemühten: da und dort macht sich offensichtlich ein Geist des Widerspruchs gegen die Mönche bemerklich.

Andere Auszüge bestehen in erbaulichen Erzählungen aus dem Leben der Väter der Wüste und aus den Dialogen Gregors d. Gr.; sie sind, wie bereits bemerkt, ohne Abschluß. Im folgenden soll nur von dem Sermo des Abtes Ubert die Rede sein.

Diese Rede blieb bis heute unveröffentlicht, obwohl mehr als ein Autor Interesse dafür gezeigt hat. Der erste — wenigstens nach seiner Behauptung — wäre Philipp Argelati in seiner *Bibliotheca scriptorum mediolanensium*, t. II, part. I (Mediolani 1745), col. 1578—9; er hat Arbeit und Namen des Verfassers lediglich aus unserem ms. I. 145. inf. gekannt, das damals noch die Bezeichnung Q. 283. trug. Nach ihm kommt Giorgio Giulini, *Memorie della città et campagna di Milano*, vol. III (Milano 1855), p. 190—193, der einige Ungenauigkeiten seines Vorgängers berichtigt. Der gegenwärtige Präfekt der Vaticana, Mons. G. Mercati, hatte seinerseits Gelegenheit, davon zu sprechen im Appendice B seiner Schrift über die „*Titulationes nelle opere dogmatiche di S. Ambrogio*“, veröffentlicht in der Sammlung „*Ambrosiana*“ (Milano 1897): hier (p. 38) bezeichnet er den Sermo des Abtes Ubert als „*bello e storicamente importante*“ und verrät die besonders interessante Einzelheit, daß sein Kollege Dr. A. Ratti den klugen Plan gefaßt habe, ihn zu veröffentlichen. Man muß wohl annehmen, daß die wachsende Inanspruchnahme des zukünftigen Papstes ihm nicht erlaubte, diesen Plan zu verwirklichen; denn die Rede war noch 1913 unveröffentlicht, als der Jesuit Fedele Savio sein Werk über die alten Bischöfe Mailands herausgab. Leider sind diesem letzteren Autor in den wenigen Zeilen, die er unsrem Stück widmet, mehr als ein Irrtum unterlaufen; nicht nur, daß er den Inhalt unrichtig wiedergibt und noch vom ms. Q. 283 spricht, wie zur Zeit Argelatis, er wiederholt auch des letzteren bereits von Mercati ausführlich widerlegte Meinung, daß unser Kodex das Exemplar selber sei, das von Paul und Gebehard an Martin gesandt worden ist.

Unter den Gründen, die die Veröffentlichung dieses Dokuments bis jetzt verzögert haben, mochte seine verhältnismäßige Länge eine Rolle spielen sowie die Tatsache, daß seine Erörterungen stellenweise unklar und mit ihrem Mystizismus für

den modernen Geschmack etwas befremdend sind. Man wird aber jedenfalls anerkennen müssen, daß es Stellen von wirklicher Schönheit und mehrere Einzelheiten von bemerkenswertem Interesse enthält. Man begegnet in ihm den Schönheiten und den Schwächen der meisten Veröffentlichungen des 12. Jahrhunderts, das wohl auf allen Gebieten den höchsten vom abendländischen Geist während der ersten Periode des Mittelalters erreichten Gipfel darstellt. Unter diesem Titel verdient unser Stück wohl den anderen ähnlicher Art angereicht zu werden, die in Mignes lateinischer Patrologie sich finden. Ich darf wohl hoffen, daß S. Heiligkeit Papst Pius XI. es nicht ungnädig aufnimmt, wenn ich nach dem Maß meiner Kräfte den Gedanken zu verwirklichen suchte, den vor 30 Jahren Dr. Achille Ratti an der Ambrosiana gefaßt hatte.

Bei der Herausgabe dieser Blätter schien es mir nicht zweckmäßig, eine Probe allzu pedantischer Genauigkeit zu geben. Die Schriftzüge finden sich nach ihrer Mehrzahl in den Handschriften des 12. Jahrhunderts wieder und bieten deshalb kein besonderes Interesse. Ich möchte nur bemerken, daß unser Schreiber, derselbe, der auch (fol. 1—10v) den Traktat des hl. Ambrosius über Psalm LXI. abgeschrieben hat, im allgemeinen ziemlich gefällig schreibt, jedoch seine Vorlage nicht immer verstanden zu haben scheint. Dazwischen finden sich da und dort Korrekturen einer Hand, die derselben Zeit angehört, jedoch nicht immer geschickt ist. Da bis jetzt keine andere Handschrift bekannt geworden ist, sah ich mich gezwungen, stellenweise zu eigenen Konjekturen meine Zuflucht zu nehmen, jedoch nicht, ohne den Leser darauf aufmerksam zu machen. Hinsichtlich der Bibelzitate mußte ich darauf verzichten, alle anzugeben, da die Rede, nach der Sitte der Zeit, nur ein einziges Gewebe von Schriftstellen ist.

Sermo domni Vberti venerabilis abbatis.

Non est bonum notam praesumptionis incurrere, sed peius est amici precibus non obaudire: altero quippe fama minuitur, uerum altero quippe caritas leditur. Tutius est igitur famam, quae facile intercludit aditum caelorum, labefactari (fol. 11r) quam caritatem, sine qua uelud indignus conuiuia ab nuptiali conuiuio expellitur, minui. Rogatus igitur, ut sermonem, quem imperante reuerentissimo domino ac patre nostro archiepiscopo sanctae Mediolanensis ecclesiae in ecclesia beatae Teclae habuimus, scripto mandarem, licet diffidam de ingenio, tamen de caritatis auxilio, cuius hoc opus est, praesumens, amico morem gerere non rennuo. Nuper igitur in praefata basilica nobis residentibus, uisa tam praeclara et ordinata filiorum Leui multitudine, competenter occurrit dicendum illud principis apostolorum capitulum:

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum.¹ Quid enim

¹ I Petr. 2, 9.

commodius, post illius uerba, cuius sanguine redempti sumus, quam illius doctrina, cuius confessione fidei manifesta solidati sumus, et qui audire meru(it): Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam?² Quid, inquam, melius occurreret? Sane capitulum simplicitate eloquii planum, uerborum coniunctione lucidum, misteriorum maiestate profundum. Ipsa etiam superfities uerborum quantam exhortationem ad ecclesiasticam contineat sanctitatem, si prudenter aspiciat, quis non animaduertet? Audito enim uos estis genus electum, quis non gaudeat de electione? Regale sacerdotium, quis non gloriatur de dignitate? Gens sancta, populus acquisitionis, quis non solum contra carnem et sanguinem, sed etiam contra principes et potestates tenebrarum harum confidenter non ineat certamen? Audito etiam, Ut uirtutes adnunciatis eius qui de tenebris uos (uos) uocauit in admirabile lumen suum, quis non rapiatur statim in montem excelsum ualde, et uisa saluatoris transfiguratione, candore uestium, amirabili luce, quasi in extasi mentis statim cum beato Petro non dicat: Domine bonum est nos (f. 11v) hic esse: faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliae unum?³ Leuate itaque, patres reuerendi, ad quos michi sermo est, capita uestra, et nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.⁴ Leuate, inquam, oculos ad diuina misteria. Incipit enim scriptura ista ab electione, deinde supponit secretorum dignitatem, postea sanctorum inseparabilem societatem. Premittit igitur donum, interponit meritum, subiungit praemium. Donum est, cum dicitur genus electum, regale sacerdotium; meritum autem, cum dicitur gens sancta, populus acquisitionis; supponitur praemium, cum subiungitur ut uirtutes et cetera. Est enim triplex gratia: prima, quae liberat ab infidelitate; secunda, quae iustificat bonorum operum sedulitate; tertia, quae beatificat immortalit occiditate. Prima uocatur donum, secunda meritum, tertia praemium. Bonum est igitur nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula, patres optimi. Tibi unum, domine Iesu, qui es uia ducens ad patriam, ueritas ab errore infidelitatis liberans, uita immortalitatem donans. Moysi unum, scilicet spiritui sancto. Moyses enim interpretatur assumptus de aquis. Quis autem Moysi nomine rectius eo significatur, de quo idem Moyses dicit Et spiritus domini ferebatur super aquas?⁵ Fertur super aquas nostras, quando illuminat tenebras nostras: fertur super aquas nostras, quando in tribulationibus consolatur animas nostras, quando instruit mentes nostras. Non enim scimus quid petamus, sicut oportet, sed ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram.⁶ Petimus honores et dignitates: sed potentes potenter tormenta patientur.⁷ Petimus uillas et praedia: sed ueh uobis qui copulatis agrum agro usque ad terminum loci: numquid uos soli habitabitis in medio terrae?⁸ Petunt alii diuitias: sed, qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, et uarias temptationes.⁹ Alii scientiam desiderant: sed ea sine caritate non inpinguat, sed inflat. (fol. 12r) Alii sapientiam saecularem, legum peritiam: sed stultam fecit deus sapientiam huius mundi.¹⁰ Denique alii fortitudinem corporis: sed omnis caro faenum, et omnis gloria eius quasi flos faeni.¹¹ Alii uelocitatem: sed Asahel exemplo non est tuta. Alii sanitatem: sed, quia uana salus hominis,¹² non est diuturna.

² Matth. 16, 18.

³ Matth. 17, 4.

⁴ Ps. 31, 9.

⁵ Gen. 1, 2.

⁶ cf. Rom. 8, 26.

⁷ Sap. 6, 7.

⁸ Isa. 5, 8.

⁹ I Tim. 6, 9.

¹⁰ I Cor. 1, 20.

¹¹ Isa. 40, 6.

¹² Ps. 59, 13; 107, 13.

Alii longeuitatem, sed non est iocunda: Si enim in potentatibus octuaginta anni, et amplius eorum labor et dolor.¹³ Emitte igitur, domine Iesu, emitte spiritum tuum, et renouabis faciem terrae. Humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra uenter noster. Flere magis libet, quam aliquid dicere. Videmus aliam legem in me(m)bris nostris, repugnantem legi mentis, et captiuos nos ducentem in legem peccati. Veni ergo, sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium. Faciamus tibi in cordibus nostris unum tabernaculum, ut deo patri possimus facere tertium tabernaculum. Ipse est enim uerus Haelias, qui sol interpretatur, solus aeternum solis peragens offitium: radio etenim suae sapientiae pro cuiusque conditione singula inluminat calore benignitatis suae, ut non deficiant; uniuersa sustentat, nutrit et reparat. Virtute suae potentiae singulis imperat, omnia ordinat. Attingit ergo a fine usque ad finem caritatis medio: attingit, inquam, fortiter uirtutis dominio, disponitque omnia sapientiae consilio. Faciamus itaque ei unum tabernaculum, ut luce suae sapientiae mentes nostras illuminet, igne sui amoris corda nostra inflamment, uirtute suae omnipotentiae infirmitates nostras eleuet, et contra aerias potestates ad praelium lassas manus et dissoluta genua restauret. Sed erit qui michi succenseat, quod Moysi nomine spiritum sanctum acceperim. Verum si Abraham deus pater interdum intelligitur, per Iacob deus filius, quare per Ysaac, qui risus interpretatur, spiritus sanctus non intel(l)igatur, ego non (f. 12v) uideo. Sed haec non legimus. Denique si per serpentem, quem Moyses in deserto exaltauit, Christus figuratur, quare per Moysen spiritus sanctus, ex quo non solum conceptus, sed et crucis patibulum ascendere dignatus est Christus, non accipiatur? Quod si contemptiosus quis in hoc fuerit, nos talem consuetudinem non habemus. Ad solita libenter redimus. Sit igitur Moyses lex, Helias sermo propheticus. Fundamentum nemo potest aliuu ponere: Christus est ueritas. Lex praeterita enarrat, prophetia futura denuntiat, ueritas ab utriusque errore liberat. Faciamus itaque Moysi, id est, diuine legi unum tabernaculum, ne infidelitatis iaculo percussus eius praeuaticatione uulneretur: Heliae unum, ut exortationi propheticae intendentes in mandatis diuinis spe futurorum bonorum requiescamus: Christo unum, ut et¹⁴ omni doctrinae sane fidei inseruiens ministerium nostrae electionis digne impleamus. Ipse enim dicit Ego uos elegi de mundo, non ut ad¹⁵ honores aspiretis, ad dignitates aneuletis, uane glorie operam detis; non ut diuitias conieratis, gulae inseruiatis: Sed elegi uos, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus uester maneat. Electionis igitur uestrae, karissimi, officium cognoscite: subditos uestros corrigere festinate, dormientes excitate,¹⁶ negligentes arguite, pusillanimes obsecrate, praeuaticatores scelestos blasphemos increpate. Eos, qui sane doctrine aduersantur, dignis flagellationibus castigate, et, sicut a uenerando patre uestro audistis,¹⁷ accincti gladiis et adiuncti Moysi de porta in portam ite, scilicet gladio uerbi dei armati, et legis praecepto instructi, auaritiam luxuriam gulam accidiam iram tristitiam superbiam et earum propagines infinitas et immensas, scilicet furta rapinas usuras, quae sunt auaritiae: fornicationes incestus adulteria, quae sunt luxuriae: uaniloquium crapulam ebrietatem, quae sunt gulae: somnolentiam negligentiam (fol. 13r) ignauiam, quae sunt accidiae: homicidia plagiaria conuicia, quae sunt ire: apostasiam heresim desperationem, quae sunt tristitiae, et horum omnium generalem matrem superbiam; nemini adulando, nulli parcendo, nemini uanam spem dando, nulli falsam penitentiam inu(n)gendo, spinam de manu elicientes, et sagittam in iecore

¹³ Ps. 89, 10.

¹⁴ t auf Rasur.

¹⁵ ut ad ebenso.

¹⁶ excitare, Rasur.

¹⁷ Anscheinend hatte der Erzbischof als erster das Wort ergriffen über den Text Exod. 32, 27.

dissimulantes, qui eiusmodi sunt, omnes interficite. Si enim iniquis peccata sua non adnunciaueritis, sanguis eorum de manu uestra requiretur. Ite ergo, et adnuntiate populo dei uobis credito peccata eorum, et domui Iacob scelera eorum, ut¹⁸ fructum afferatis, et fructus uester maneat; ut et uos sedeatis cum principibus, cum quibus electi estis in reges, ut iudicetis, et praelecti in sacerdotes, ut¹⁹ solium gloriae teneatis.

Omnis²⁰ homo primum bonum uinum ponit, set, cum inebriati fuerint homines, tunc id quod deterius est. Ego autem non sic, sed alio genere non sic: nam nec primum bonum, nec secundum. Deterius igitur, quia homo factus sum sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Quomodo enim uinum apponam, qui hodie panem lacrimarum nec gustauit nec tetigi nec uidi? Qua fronte dico uinum uel quaecumque apponam, qui ad natorium Siloe nec iui nec oculos laui²¹ nec uideo? Quomodo igitur fallax equus conscendet ad regnum, stolidus mulus ad sacerdotium? Sed repeto a quo exorsus sum. Vos estis genus electum, non ego: regale sacerdotium, non ego: gens sancta, populus acquisitionis, utinam hoc ego. Vos, inquam, regale sacerdotium. O prudens munificentia, plena misericordia: de seruis facti estis reges, de cecis sacerdotes. Coronas gestatis: cognoscite quid feratis, ne et uos epistolam uestrae mortis ignorantes ad Ioab quasi humani generis inimicum geratis. Interpretatur enim Ioab inimicus. Lauate igitur pedes uestrorum, intrate ad uxores uestras, generate filios et filias; intrate, dico, Dauid praecipit, (fol. 13v) si non cogit. Intrate, si non media nocte cum propheta, qui ait Media nocte surgebam ad confitendum tibi, saltim in galli cantu, quando Petrus conuersus est et fleuit amare. Surgite prima hora, quando surrexit dominus: intrate hora tertia, quando descendit spiritus sanctus: intrate hora sexta, quando crucifixus est Christus: hora nona, quando spiritum emisit:²² uespera, quando in sepulcrum descendit: completorio, quando conditus aromatis in sepulchro quieuit. Intrate, dico, domus uestras: praecipite filiis uestris non superbe sapere, neque confidere in incerto diuitiarum. Praeuenite eos exemplo, instruite uerbo; praecipite, inquam, cum omni mansuetudine et imperio. Reges enim estis, coronas gestatis, non fulgentes gemmis uel auro, sed preciosas misterio. Abscisio capillorum depositionem significat inutilium uel inmundorum. Absciduntur duobus modis: nouacula ad purum, forcipibus per girum. Quid tonsura partis superioris nisi serenitatem significat mentis,²³ et a saecularibus actibus penitus quiescentis? Nemo enim militans deo implicat se saecularibus negotiis, ut ei placeat cui se probauit. Circularis et ordinata detonsio, proprii corporis est moderata castigatio. Altero gladio, scilicet nouacula, uanus mundi amor absiditur; altero uero, superfluitas carnis corripitur. Videte si non hoc istoria indicat. Primum filii Israhel in manu domini ualida, quasi in nouacula acuta, set non dolosa, de Egypto exierunt. Secundo in monte Syna in lapideis tabulis, quasi quibusdam forcipibus, legem acceperunt. Quando igitur Egyptum, ubi Pharaoni in luto et latere seruibant, duce Moysse, ut deo immolarent, deseruerunt, nonne deo caput nudauerunt? Quando uero in monte Syna, ut primitias et decimas darent, ieiunium primi, et ieiunium quarti, septimi et decimi celebrarent, ab omni quod nec findit unguam nec ruminat (fol. 14r) abstinerent, nonne superfluum carnis curam deposuerunt? Duo igitur tua corona indicat: nuda ceruix, ut deum ex toto corde et ex tota anima tua, et ex omnibus uiribus tuis diligas; detonsa per circuitum cesaries, ut superflua absidendo, necessaria componendo, proximum sicut

¹⁸ ut auf Rasur.

¹⁹ ut irrümllich radiert vom Korrektor.

²⁰ Omnis, neue Zeile und große, rote Initiale.

²¹ laui korrigiert aus leuau.

²² emisit korrigiert aus amisit.

²³ mnetis korrigiert aus mente.

te ipsum diligas. Sed caue te²⁴ ab acuta et dolosa nouacula. O quantos et quot decipit, cruentat, non mundat! Ecce ad sacros ordines forsitan non uocatus²⁵ accessisti: appetitor honoris, et corruptor pudicitiae, possidebis²⁶ pecuniam, et emes inde uineas, oliueta, arbores; sed lepra Giezi adhaerebit tibi. Portas prophetae baculum, curris ad mortuum, superponis²⁷ ei: non resurgit, non est uox neque sensus. Quid est hoc? Exponis peccatori prophetiam uel euangelium: surdis auribus, salua euangelii reuerentia dico, narras fabulam. Quomodo enim te audiet, praeuaricatore[m] legis, inimicum crucis? Suades castimoniam, praedicas non fornicandum, qui adulterium facis; hortaris ad misericordiam, commendas elemosinam, qui peregrinante[m] a tecto excludis, a paupere oculos uertis. Quomodo igitur te audiet, qui pro se deprecante[m] minime exaudiri confidit? Tonsoratus es, sed non es mundatus: Nazareum te putas, sed phariseus es, sepulchrum dealbatum, intus plenum ossibus mortuorum. Super cathedram Moysi sedes, claue[m] Petri tenes: neque intras, neque alio(s) intrare permittis. In nouacula acuta fecisti dolum, non deo, sed hominibus; mentiris et tibi, quoniam iniquitas mentita est sibi. Videte igitur, fratres, ut a uobis auertat deus hanc nouaculam dolosam: uidete, inquam, quomodo caute ambuletis. Reges et sacerdotes estis: potentes²⁸ regno, sed felices sacerdotio. Quid enim felicius apud homines, quam sancta habere, sacra ministrare, sacrum uel sanctum esse, alium sacrare uel sanctificare? De uobis enim dictum est: Ego dixi dii estis²⁹. Dii, dico (f. 14v), non deus: nam mediatores estis dei et hominum, tantum super homines, quantum pastor super pecudes. Pastores enim estis: dominum ouium super uos habetis, cui de creditis ouibus rationem reddituri estis. Videte ne sub uestra custodia lupus intret ad caulas, et mactet oues, et perdat. Sed, quod peius est, canes facti sunt lupi; pastores, non solum mercenarii, raptores, sed fures uel latrones.³⁰ Lupi sunt schismatici: heretici, fures: ypocritae, mercenarii: raptores, simoniaci; illi etiam, qui successione uendicare sibi cupiunt ecclesias, uel generis nobilitate, uel familiae multitudine. Vos autem caueite eos qui eiusmodi sunt: sacerdotum gestatis insignia, ideo sacerdotii tenete merita. Quid enim amictus, sig(nificat), quo collum ornatur, nisi eloquii munditiam, sermonis gratiam? Quid talaris tunica, quam poderem dicunt, quam bonorum operum perseuerantiam? Stola, quae super collum ponitur, iugum Christi suauis et onus eius leue, recte euangelica praecepta significat. Quod uero a superioribus ad inferiora ab utraque parte descendit, quid aliud indicat, quam ut te ipsum prius legi dei subitias, deinde ut idem faciant usque in finem uitae subditos doceas, corrigas, moneas? Corrigan, inquam, a dextris et a sinistris, ut non seducaris blanditiis uel muneribus amicorum, nec expauescas minas potentium. Quod si altius intelligas orarium collo superpositum, nonne fidei significat praeclearam confessionem et, si necesse est, postea uoluntariam capitis oblationem? Manipulum, quo sinistra munitur, temporalium discretam significat amistrationem: quo terguntur³¹ uultus maculae, si expedit, et purgantur nasi superflua, si necessitas incumbit. Hoc quoque duobus capitibus ad inferiora dependet. Seniores enim, qui praesunt, a subditis debent non solum immunditiam peccatorum, neum uitiorum tergere, sed etiam uitae ne (fol. 15r) cessaria misericorditer impendere. Cui enim non porrigis panem uentris, quomodo a te accipiet panem mentis? Et quem non recipis una nocte sub tectum, quomodo perduces ad aeternum conuiuium? Et cui non das ueterem tunicam, quomodo satages ut habeat duplicem stolam? Et si

²⁴ caue te anscheinend korrigiert aus caueat.

²⁵ Korrigiert aus uocatos.

²⁶ Korrigiert aus possidebitis.

²⁷ Korrigiert aus supponis.

²⁸ Korrigiert aus ponentes.

²⁹ Ps. 81, 6.

³⁰ Patronos von 2. Hand auf Rasur.

³¹ Korrigiert aus teguntur.

sinistra tua fetet luto auaritiaē, quomodo a uultu illius terges³² maculam usurae? Et si sinistra tua contaminata est crimine sacrilegii, qualiter mundabis eum a ueneno mendacii? Eo igitur manipulum gestas, ut tam a te quam a subditis peccatorum immunditiam, carnis curam superfluum tergas. Concede ei, si non uult continere, coniugium, ne incurrat fornicationem uel adulterium; ne furtum committat uel sacrilegium, porrige illi alimentum. In omnibus tamen³³ habe discretionem, nichil sine praeiudicio faciens: si enim recte offeras, et non recte diuidas, peccasti.³⁴ Diuide igitur manipulum, ut in temporali amministrazione discretum teneas modum; nec transferas illud ad dexteram, ne³⁵ cursum tuum inpediat ad uitam aeternam. Moyses, Christus scilicet tuus, honestauit hoc uel honorauit in³⁶ sinistram dicens: Qui maior est uestrum erit minister uester:³⁷ praelationem seruitutem deputans, non dignitatem: honus, non honorem: non otium, sed laborem. Sed ue his qui pro dignitate arrogant sibi tyrannidem, pro labore torporem, pro honore³⁸ honorem, pro paupertate diuitias, testante propheta: Ve uobis, qui opulenti estis in Syon, qui confiditis in monte Samariae, optimates, capita populorum, incedentes pompice in domum Israhel.³⁹ Facti estis opulenti in Sion, qui pauperes eratis in Babilone, cum de diuitiis Babilonis ad paupertatem Christi migrare debuissetis, ut audire mere(re)mini: Beati pauperes spiritu, quoniam uestrum est regnum caelorum. Nunc autem auditis: Veh⁴⁰ uobis diuitibus, qui⁴¹ (fol. 15v) consolationem uestram habetis nunc: nunc diuites, ante sacerdotium tenues: olim sine tecto, sine indumento, sine caballo, contenti pane et sale, absque armigero, sine seruulo uel mercenario. Assumpto uero sacerdotio, lasciuitis sub pictis⁴² laquearibus, calcatis tapeta Capadocum, assidetis puluillis sericis; triplicastis uobis pallia, pellitias, nec de domesticis animalibus: maria transierunt, ab ignotis partibus allata sunt ad uos: uerum non calorem conferunt, sed tumorem. Equos etiam multiplicastis, seruulos aggregastis et, quod deterius est, calamistratos humum cauda uerrentes,⁴³ aptiores uestris immunditiis quam offitiis. Quid de ciborum uario apparatu loquar? Vix inuenitur panis qui placeat: ciuitas non habet quod gula appetit, macellum defecit uentri tuo; mittitur ad suburbia, componitur salsamentum, additur piper petroselino,⁴⁴ teritur saluia, serpillum,⁴⁵ et olentes herbae. O gula, gula, quae te dementia cepit! Incrassatus est dilectus et recalci-trauit: incrassatus, inpinguatus, dilatatus, dereliquit deum factorem suum.⁴⁶ De sinistra fecisti(s) dexteram, abusi manipulis.⁴⁷ Cur confiditis in monte Samariae? Samaria quippe custodia dicitur: est ergo mons Samariae dignitas ecclesiae. Dicis itaque: Praelatus sum: subditi mei aut ignorant opera mea, aut reprehendere non audent. Bene: si ipsi nesciunt, deus non nouit? si non audent reprehendere, deus non paratus est uindicare? Nolite ergo in monte Samariae confidere, primos accubitus in cenis amare, primas cathedras in sinagogis querere, pompice inter subditos incedere; set, qui maior est uestrum, erit minister uester. Super alia ornamenta pla-

³² terges, r Beifügung von 2. Hand.

³³ tamen korrigiert aus tantum.

³⁴ Gen. 4, 7 (LXX).

³⁵ ne korrigiert aus nec.

³⁶ in Siegel für inde.

³⁷ Matth. 23, 11.

³⁸ Korrigiert aus honore.

³⁹ Amos 6, 1.

⁴⁰ Veh, h von 2. Hand.

⁴¹ qui für quia?

⁴² pictis, s vor Rasur.

⁴³ Korrigiert aus uertentes.

⁴⁴ Du Cange kennt dieses Wort nicht, sondern nur petrosillum.

⁴⁵ Vgl. das Zitat dieses Verses in der Ausgabe von Du Cange, Niort 1886, t. VI, p. 299: „Saleria, serpillum, piper, allia, sal, petrosillum.“

⁴⁶ Deut. 32, 15.

⁴⁷ Anscheinend korrigiert aus manipulo.

netam induite. Haec caritatem figurat, quae ceteras uirtutes continet et ornat, peccatorum multitudinem operit, quae sunt in caelo et quae in terra confederat, fe (fol. 16r) lici iocunditate, aeterna immortalitate uasa sua donat; haec ante omnia et super omnia induite. Habete itaque amictum, sanae doctrinae ornatum eloquium: poderem talarem, perseuerantiam bonorum operum usque in finem: cingulum, castimoniae ornamentum: orarium, suauis euangelii iugum: in sinistra manipulum, discretam temporalium et multimodam amministrazioneem, post unicam aeternorum optimam contemplationem: planetam, consumatricem omnium uirtutum dei et proximi dilectionem.

Militia⁴⁸ est uita hominis super terram:⁴⁹ hominis, non pecudis: rationalis, non animalis. Rationalis peccato repugnat, animalis subditur, carnalis oboedit. Carnalis ducitur carnis lasciuia,⁵⁰ animalis seducitur mentis ignorantia, rationalis pugnat adiutrice gratia. Pugnat, et haec est uita illius; si enim non pugnat, non⁵¹ uiuit: uel mortuus est peccato uel⁵² iustitiae. Temptatio est igitur uita hominis super terram. Diues est, temptatur ut superbiat: pauper est, temptatur ut rapiat: sapiens est, temptatur ut sapientem se putet. Quod loquitur, crimen⁵³ est. Quid enim sum ego, ut cogitatum meum stilo exarem, et non in secreto mentis totum in domino iactem? Nonne mihi dicit propheta: Iacta cogitatum tuum in domino, et ipse te enutriet?⁵⁴ Adhuc enim sum paruulus, utinam malitia, sed quod peius est scientia; quod operor ignoro, quod loquor non intellego. Tutius est igitur silere, quia cultus iustitiae silentium.⁵⁵ Non erat sensu(s) paruulus, qui sic locutus est: diu tacuerat, ideo loqui sic nouerat. Puteus altus est, et aqua tenebrosa in nubibus aeris: laxabo tantum⁵⁶ rete meum in nomine domini. Non omnis, qui obseruat iustitiam, colit iustitiam. Est enim, qui formidine penae legis implet⁵⁷ praecepta: hic tenet iustitiam, sed nec amat nec colit. (fol. 16v) Alius cupiens poenam euadere, praemium recipere, legem obseruat, quasi utilem: hic tenet et amat iustitiam. Alius non poena territus, nec praemio illectus, uirtutum delectatione legis implet obseruantias: hic tenet iustitiam, amat et colit. Amat enim interdum quippiam propter aliquam utilitatem, quod non colitur, nulla dignum reuerentia. Colitur et quod non amatur, quia nulla promittit praemia. Iustitia uero ab inchoantibus tenetur pro praeuaricationis seueritate, a⁵⁸ proficientibus custoditur pro praemii suauitate, a perfectis completur pro sua uenustate. Oderunt enim peccare boni uirtutis amore; horum uitam instruit silentium, mores exornat, mentes illuminat, spiritus⁵⁹ ad superna eleuat. Cultus itaque iustitiae silentium, si non intercludat fraterne caritatis officium. Debemus enim fratres inuicem obsequi et mutuis⁶⁰ praeuenire honoribus, ut ex multis personis una fiat catholica ecclesia, et simus gens sancta. Sancti estote, inquit dominus, quoniam ego sanctus sum.⁶¹ Si sancto adherere cupimus, sancti esse debemus. Quae enim societas Christi ad Bellial, aut quae pars iustitiae cum iniquitate.⁶² Si gladius igni adicitur, nonne alterum deficit, uel utrumque a se recedit? Deus autem noster ignis consumens est.⁶³ Esto igitur gens sancta, sed prius iusta: iusta

⁴⁸ Militia, neue Zeile und große, rote Initiale.

⁴⁹ Iob 7, 1.

⁵⁰ lasciuia, c von 2. Hand.

⁵¹ non von 2. Hand.

⁵² 2. Hand fügt wohl irrtümlich hinzu uiuit.

⁵³ crimen, cri von 2. Hand; die ganze Stelle läßt zu wünschen übrig.

⁵⁴ Ps. 54, 23.

⁵⁵ Isa. 32, 17.

⁵⁶ tantum, irrtümlich gelesen für tamen?

⁵⁷ implet, et von 2. Hand auf Rasur.

⁵⁸ a korrigiert aus et von 2. Hand.

⁵⁹ Für spiritum?

⁶⁰ mituis, ms.

⁶¹ Levit. 11, 44.

⁶² II Cor. 6, 15. Aus dem Gedächtnis zitiert.

⁶³ Deut. 4, 24

quidem bonorum operum exercitio, sancta adsumpte religionis inuiolabili manente proposito. Sanctus et enim firmus dicitur. Sed dicis, Quomodo sanctus dicitur firmus, si propheta dicit quoniam defecit sanctus?⁶⁴ Si sanctus, quomodo deficit? uel si deficit, quomodo sanctus? Cui si ego (si) respondeam non inuenio, sed ore sapientis: Septies cadit iustus⁶⁵ in die. Dices: „Nil agit exemplum, quod litem lite resoluit.“⁶⁶ Iactabo hic quoque hamum, non ad meum metum, sed domini imperium, quia ad fratris obsequium. Si piscem ceperit, accipio staterem in ore eius, soluo (fol. 17r) pro me et pro te. Tu forsitan liber es: ego autem seruus sum, uenumdatus sub peccato. Iustus cadit, sed non leditur. Cum ceciderit iustus, inquit rex propheticus, non collidetur, quia dominus subponit manum suam.⁶⁷ Sanctus cadit, deficit, sed non perit; moritur, sed resurgere potest. Quod si intellectualis ceciderit, deficit, perit, moritur, non resurgit. Iustus igitur cadit per infirmitatem, sanctus per necessitatem, spiritalis per deliberationem, intellectualis per elationem. Sancti igitur estote religionis perseuerantia. Quod si quis defecerit, redeat ad cor confessionis medicina, ut sitis populus acquisitionis. Captiui tenebamini: sed qui captus est pro uobis, captiuauit uestram captiuitatem, et redemit uos de uestra uana conuersatione, non auro uel argento, sed precioso sanguine suo; non ut securi sitis de electione, quoniam estis genus electum, uel elati de dignitate, quia estis regale sacerdotium, uel pro multitudine temerarii, quia estis gens sancta, populus acquisitionis, sed ut uirtutes adnunciatis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Ampla est et felix gratiae collatio, sed terribilis est officii conditio. Quid igitur? Abiciendum est munus, ne subbeat honorus? Absit. Complete igitur officium, annuntiate uirtutes. Docete quomodo timor expellat securitatem, superbiam humilitas, fides infidelitatem, spes desperationem, odium mater omnium caritas. Annuntiate etiam quanta auctoritate uenturus iudex examinabit culpas in iuditio, torquebit in inferno. Aperite etiam, quantum ualeatis, quae praemia repromissa sunt electis in caelo, quam iocundum est cum sanctorum spirituum ordinibus et aliorum electorum innumerabili multitudine cum Christo sine fine regnare, et cum luce adhuc inaccessiblei aeternaliter gaudere. (fol. 17v) Annuntiate haec die cotidie: non cesset lingua uestra, non cesset manus uestra(s), non cesset pes uester. Set⁶⁸ quis currit de Mediolano Papiam, ut corrigat eam de sua instabilitate? Quis conuenit Mediolanenses, ut increpet eos de sua elatione? Omnes tacent, omnes latent, ueniente lupo fugiunt, facti sunt canes muti non ualentes latrare; immo, cum deberent lupos fugare, lacerant oues, et lingua dolosa deliniunt. Quid enim Cremonensis dicit, non sacerdos Christi, sed Baalim? Bene, karissimi, facite quod facitis, pro patria pugnate: Cremenses male subiectos corripite, nullus debet uobis resistere. O lingua dolosa! quomodo pugnat pro patria, qui ferro et igne persequitur patriam? quomodo corripit subiectos, qui in tetrum carcerem trudit uicinos? Lingua uenenata, quomodo de impugnatione facit defensionem, de homicidio correctionem? Pro eo ut te diligant, detrahunt tibi. Audi Papiensem, non presbyterum, sed diuinae legis, quam subtrahit populo, sacrilegum: Eia, ciues incliti, pugnate pro ecclesia, societatem tenete inuiolabilem. Veh⁶⁹ uobis, qui dicitis bonum malum, et malum bonum: quomodo⁷⁰ pro ecclesia qui persequitur amicos ecclesiae. Qui enim persequerentur aliquando ecclesiam dei, nonne redierunt, ut de his dominus per prophetam dicat: Vocabo non plebem meam, plebem meam, et non misericordiam

⁶⁴ Ps. 11, 2.

⁶⁵ Prov. 24, 16.

⁶⁶ Ich weiß nicht, woher der hier zitierte Hexameter genommen ist.

⁶⁷ Ps. 36, 24.

⁶⁸ Set, korrigiert von 2. Hand aus Si.

⁶⁹ Veh, h von 2. Hand.

⁷⁰ Ergänze pugnat oder ein ähnl. Wort.

consecutam, misericordiam consecutam.⁷¹ De obligatione etiam huiusmodi quid dicam? Venerabilis ciuitas, audi, non me, sed deum tuum. Quid mihi cum impiis dicit dominus? Si impii sunt, quibus obligata es, quid ab impiis separari times? An impii non sunt, qui satisfacere uolentibus contumelias, colaphos, compedes et catenas, horrendum et caliginosum carcerem, postremo famem et sitim⁷² intollerabilem infligunt? Sed expectamus a⁷³ Mediolanensi, non sacerdote — salua ordinis reuerentia de omnibus loquor⁷⁴ — sed adulate meliora audire? (fol. 18r) Spes nos decipit. Nonne iste est, qui ciues ad pugnam non uitiorum sed homicidiorum exacuit, ad urbes diruendas inpellit? Antiquos ad mentem reducit, eorum gesta magnificat dicens: O quomodo patres uestri uicerunt illos! suburbia eorum combusserunt, numquam hostibus terga dederunt. Sed tu, popule meus, dicit dominus, caue tibi: qui enim te beatificant, in errorem te mittunt, et uiam gressuum tuorum dissipant. Ne credas auditui uano: pronus es ad pugnam, sed piger ad ecclesiam: pollens in facundia, sed obscurus in facienda iustitia: ad usuram recipendam calidus,⁷⁵ sed ad misericordiam faciendam frigidus: humilis in sermone, sed tumidus cogitatione. Supplantare queris Cremonensem, subeneruare Papiensem, delere Nouariensem. Manus tuae contra omnes, et manus omnium contra te. Descende igitur de solio tuo, humiliare su(b) potenti manu dei: offer omnibus pacem, non pacem hominum, quae fraudulenta, momentanea, sed dei, quae pura et aeterna est. O quando erit illa dies, ut dicat Papiensis Mediolanensi: Populus tuus, populus meus? Cremonensi: Ciuitas tua, ciuitas mea? et cantetur per omnes plateas: Alleluia, alleluia, alleluia?

Wie der Redner selbst gleich zu Anfang erklärt, ist diese Rede nicht ganz so gehalten worden. Nachträglich und auf Bitten eines Freundes hat der Redner die Rede schriftlich niedergelegt, die er auf Befehl des Mailänder Erzbischofs vor versammeltem Klerus in der Sommerkathedrale, in der Basilika der hl. Thekla gehalten hatte. Als Text hatte er die schöne Stelle aus dem 1. Petrusbrief genommen: „Vos autem genus electum, regale sacerdotium . . .“; und hatte ihr ebenso natürlich wie geschickt Stoff und Einteilung seiner Rede entnommen. Der Leser hat in derselben wohl mehrere jener Eigentümlichkeiten bemerkt, die sich in den meisten noch erhaltenen Synodalreden des Mittelalters wiederfinden: die deutlich unterstrichene Dreiteilung, die Betonung des verpflichtenden Charakters und der mystischen Bedeutung der kanonischen Tagzeiten, die genaue Beschreibung und symbolische Ausdeutung der Tonsur und der priesterlichen Gewänder. Dazwischen mutige Proteste gegen die Hauptfehler des damaligen Klerus: Simonie, Ver-

⁷¹ Röm. 9, 25. Diese Stelle spielt wohl auf den Stimmungsumschwung in Mailand an, der schließlich (i. J. 1133) zu dem Bündnis mit dem legit. Kaiser, Lothar, und dem rechtmäßigen Papst, Innozenz II., führte.

⁷² sitim, m von 2. Hand.

⁷³ Korrigiert aus ad.

⁷⁴ Offensichtlich wendet sich hier der Redner nicht an den Mailänder Erzbischof selbst, den er bereits zweimal mit solcher Ehrfurcht behandelt; es handelt sich vielmehr um den dortigen Klerus im allgemeinen, wie weiter oben um den „Priester“ von Pavia und jenen von Cremona. Dies ist Argelati und den andern Gelehrten entgangen, die sich wundern über die freie Sprache des Abtes Ubert gegenüber seinem kirchlichen Oberhaupt.

⁷⁵ calidus fälschlich verändert in callidus.

⁷⁶ Cremensis, s am Schluß von 2. Hand.

letzung des Cölibats, Geiz und Härte gegen die Armen und Fremden, schamloser Neureichen-Aufwand von seiten derer, die sich bereicherten durch den Eintritt in den geistlichen Stand; bei dieser Gelegenheit interessante Einzelheiten über Kleidung, Einrichtung, Hausgerät, Schranzen und Dienerschaft, Tafelfreuden der hohen kirchlichen Würdenträger.

Der interessanteste und schönste Teil der Rede jedoch ist zweifelsohne der Schluß, worin der Redner mit deutlicher Bezugnahme auf die politischen Ereignisse, die sich in Mailand und Umgebung i. J. 1129 und in den folgenden Jahren abspielten, dem Klerus seine Haltung und Sprache vorhält, die in offenem Widerspruch steht zu seiner im Evangelium vorgezeichneten Sendung. Treu seinem „Idol“, dem Usurpator Konrad von Schwaben, den Erzbischof Anselm V. de la Pusterla soeben in Monza und dann in St. Ambrogio in Mailand gekrönt hatte, befand sich Mailand damals tatsächlich im Krieg mit dem Bund der Städte Pavia, Cremona und Novara. Statt einzutreten für Versöhnung und Friede, statt Pavia seinen Wankelmüt und Mailand seinen Hochmut vorzuhalten, was tun die Mitglieder der Geistlichkeit? Sie schweigen, sie begnügen sich mit der Rolle von stummen Hunden; ja noch schlimmer: sie stürzen sich wie Wölfe auf die Schafe, um sie zu zerreißen. Der „Priester von Cremona“ hetzt die Seinigen im Namen der Vaterlandsliebe auf, das Vaterland mit Feuer und Schwert zu verwüsten, um den Widerstand derer von Cremona zu besiegen. Der „Priester von Pavia“ seinerseits beruft sich auf die Interessen der Kirche: „Aus Liebe zur Kirche treibt er seine Soldateska an, gegen die Freunde der Kirche loszugehen.“ Auch den Mailändern gegenüber führt „ihr Priester oder besser ihr Schmeichler“ keine christlichere Sprache. Er erinnert sie an die Tapferkeit ihrer Vorfahren und fordert sie auf, sich von niemand besiegen zu lassen, die Städte zu zerstören, die Vorstädte zu verbrennen: man muß mit Cremona und Pavia und Novara endlich einmal Schluß machen! Und der schöne Erfolg dieser streitbaren Beredsamkeit? Man kann auf das Volk Mailands anwenden, was die Schrift von Esau sagt: seine Hand ist gegen alle und die Hand aller ist gegen ihn. „Ehrwürdige Stadt,“ ruft der Redner zum Schlusse aus, „höre nicht mich, sondern deinen Gott selber. Steig herab von deinem Thron, lerne dich demüthigen unter die starke Hand Gottes. Biete allen den Frieden an, nicht den Frieden der Menschen, der trügerisch und rasch vergänglich ist, sondern den Frieden Gottes, der echt ist und ewig! Oh, wann wird der Tag kommen, da der Bürger Pavias zu dem von Mailand sagt: Dein Volk ist mein Volk, oder da die Leute von Crema zu denen von Cremona sagen: Deine

Stadt ist meine Stadt, und wo man endlich auf allen Straßen den Gesang vernehmen wird: Alleluja, Alleluja, Alleluja.“

Es ist wirklich schade, daß der „ehrwürdige Abt Ubert“ uns nicht noch mehr an solch wunderbaren Sätzen hinterlassen hat, die allen Geistlichen als Vorbild dienen sollten, besonders in Zeiten des Kriegs. Der Name Ubert ist, wie es scheint, im 12. Jahrhundert in Mailand ziemlich verbreitet gewesen; da man jedoch keine andere Persönlichkeit dieses Namens kennt, der der Titel eines Abtes zukommt, so hat man nach dem Vorgang Argelatis den Verfasser der Rede mit dem Abt Ubert von St. Simplician identifiziert, der diesem bedeutenden Kloster in der 1. Hälfte des 12. Jahrhunderts vorstand, mindestens bis 1142, und diese Gleichsetzung ist sicher die wahrscheinlichste.